



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm  
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

**Grégoire, Pierre**

**Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.**

**VD16 VD16 G 2999**

22 de Bello.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)



Sic enim & dixit Aristoteles *libr. 8. Politic.* idcirco bellum gerimus, ut in pace vivamus, quam peccata & scelera concitant. Et tunc bello iusto militans, Deo placere potest. *ca. noli existimare, 23. q. 1.* Etiam si hostem vincat, *ca. 2. v. v. cum autem, 23. q. 2. ea mente, non ut fundatur sanguis, sed ut rem publicam iuuet, ca. si non, & ca. displicet, 23. q. 4. can. noli, 23. q. 1.* Ut sit pax, mali coercantur, boni subleventur, *ca. apud veros, 23. q. 4. d. ca. displicet, 23. q. 4.* Iustum tamen est hoc modo bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa, *c. 1. 23. q. 2. l. hostes, de ca. & posth. reuers. in p. vel ob defensionem legum diuinarum, quale Machabæorum fuit, 1. Machab. 3. & pog. puli Israelitici. Quibus tamen sacerdotibus adhortandi causa intererant, quia bella Dei erant ad eradicationem de terra idololatriam. Quod & nunc permittunt sacerdotibus iura pontificia, c. i. gatur, & sibi gl. sm. 23. q. 8. ca. maximi artis, 23. q. 3.* Inultus autem interesse non debent, alioquin irregulares fiunt, *Imocen. & Pa. nor. in c. petio, de homicid.* Atque pugnare in iustis quoque interdum, *d. ca. petio, ca. ex multa, de voto.* Neque enim Dauidi, quia multa bella contra infideles, quamuis tamen hiliteos gesserat, & quia sanguinem ita fuderat, permisit Deus sibi edificare templum, *1. Paralip. c. 22. c. 2. 1. q. 7. can. 1. §. quatuor, de consecrat. dist. 1. Dauid enim fuit Noui Testamenti præfigurator, ca. quid autem, 31. q. 1.* Et proinde hodie qui sanguinem fuderit, et sine dolo, tamen a promotione ad sacra repellitur, *c. si quis viduam, 50. dist. Et Moyses aliis pugnantibus non se miscuit, sed erat orans, ut exemplo doceret, prælatos bellare non debere nec bellis interesse, ca. si quis vult, 36. dist. can. porro, 16. q. 3. forsum c. 1. 3. q. 8. can. conuenior, eo.* Obnoxii tamen sunt principibus seculi, & pro bellis gerendis tributa rerum temporalium præstare & soluere debent, *c. si in morte, §. ecce, & can. si vobis, 33. q. 8. §. Principes tamen seculares sibi causas belli proponunt iustas, ob quas Athenienses bella gessisse Demosthenes ait in orat. de Rhodio, liberta. cum liberis populis. ἡ πρὸς τὸν ἰδὶον ἐγγυημάτων, ἢ δυνάστητον δημοκρατία διαλύσασθαι τὰ τὰ ἢ πρὸς τοῦς μέγας, ἢ ὀργῶν, ἢ πλοῦτιας, ἢ τὴν ἡγεμονίαν. id est, aut propter priuatas iniurias, pro quibus satis facere non potuerunt: aut pro parte agrorum, aut pro finibus, aut pro contentione honoris, aut pro principatu.*

De Fame. Cap. 23.

- 1 *Fames esse flagellum Dei in panam immissum.*
- 2 *Fames duplex in sacra pagina.*
- 3 *Fames unde fiat.*
- 4 *Benedictio Dei causa abundantia: & contra eius substractio causa famis. & num. 3.*
- 5 *Sacrificandi ius filia sacrificio in perpetuum progeniei questum. eod.*
- 6 *Fames poena hominibus grauissima. Et illius necessitas urgentissimi cogit ad mala.*
- 7 *Famis & eius imaginis descriptio.*
- 8 *Amem esse flagellum lethale Dei ob scelera hominum, factis ex proxime sacra pagina citatis locis intelligitur, dum inter tres læuissimas pœnas, quas Deus comminatur, dictum est famem annueneri, 2. Reg. 24. Ezech. 6. & 7. Et in Deuteronomio 28. Si nolueris audire vocem Domini Dei tui, mittere super te famem & esuriam, & in crepationem in omnia opera tua, qua tu facies, donec conferat te, & perdat velociter, propter aduersiones tuas pestimas, in quibus reliquisti me. Ad penam itaque impiorum famem, & ad exercitium & meritum maius bonorum, ca. non omnis v. s. exercet, 5. q. 5. Sicut & patriarchæ ob famem afflicti: ob eam peregrinatus Abrahæ, Genes. 12. Achorum 7. & filii Iudæ, Genes. 41. & seq. & in fame Diuus Paulus 1. sal. 58. can. audet, 8. q. 1. can. ieiunium, 7. 6. dist.*
- 9 *Duplex tamen famis in sacris literis, vna verbi Dei priuatio ob scelera, ob quæ priuatur pabulo cœlesti anima, quia eam esse am contemsi: sic conuersi ad vespertam peccatorum famem patiuntur, ut canes, circumiunguntque ciuitatem, 2. ad Coloss. 1. 1. Alia tamen famis, ciborum temporalium rerum. Famis causa est generalis, non penuria quidem frumenti, vel sterilitas, sed substractio benedictionis, quam Deus dat fructu, & cibis, cuiusque vi nutriunt, Genes. 1. quæ potestas sicuti benedictione datur, ita male dictione admittitur a Deo. Cæpitque minui vniuersorum benedictio, in peccato primi parentis, dum dictum fuit, Maledicta terra in opere tuo, in labore vultus tui vescebis pane tuo, Genes. 3. Hanc benedictionem scriptura sacra, baculum, virgam, firmamentumve panis dixit, ut apud Dauidem 1. sal. 104. Deus vocauit firmamentum super terram, & omne firmamentum panis contriuit. Et apud Ezechielem 4. vers. 16. Et dixit ad me, inquit Propheta, Deus: I propheta filius hominis, ecce, conteram baculum panis in Hierusalem, & comedent panem suum in pondere & in sollicitudine, & aquam in angustia & mensura bibent. Et rursum Ezech. 5. vers. 16. Famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis. Et iterum Ezech. 14. vers. 12. & 13. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: Fili hominis, terra cum peccauerit, et prauaricetur prauaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius, & immittam in eam famem, & interficiam hominem & iumentum. Famis poena ut plerumque inflicta pro contemtu Dei, veluti propria medicina: impinguati enim & ingrassati Dei beneficiis recalcitrant, & relinquunt Deum beneficium, Deuter. 32. Alii abutuntur, & sibi vsurpant bona, quæ pauperibus debentur: vnde & famem quandoque, ca. reuertimini, 16. q. 2. Et Hebræi Talmudistæ colligunt, ob decimas & primitias Deo non solutas, famem immittere in pirke abot, cap. 5. §. Putarunt tamen quoque antiqui ethnici, ira numinis ob aliquod graue, vel plura peccata, famem immittere. Quamobrem & sacra ob placandum numen sæpe instituerunt: veluti cum Athenienses vsam, quæ in templo Munychiæ Dianæ in Pireo insula occidissent, famem perhibent consecratam: oraculumque editum, cessaturam, si quis filiam suam Dianæ immolasset. Quod & fecit Embarus, pacta illius sacrificii perpetua successione familiae suæ, ut scribit Suidas in ver. ἀμλκ & εἰπλ. Et Hesiodus in Ergis:*

*ὁδὲ πρὸς ἰδουήσασιν μετ' ἀπορῆσιν λιμὸς ἐπαίδει,  
 ἔδ' ἀπὸ δαδῶν ὁ μὲν ἵλετο τὰ ἔργα νέμευστα,  
 τοῖσι φέρετ' ἔτι γαῖα πολὺν βίον.*

Id est:  
*Neque unquam inter homines iustus famem versatur,  
 Neque noxa in conuictis enim partis opibus fruuntur,  
 His enim infert terra multum victum.*

Cui conuenit quod Dauid notat 1. sal. 36. *Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem.* Et, *Nouit Dominus dies immaculatum, & hereditas in aeternum erit: non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur, quia peccator es peribunt.* Et rursum Prover. 10. *Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.* Ferunt pro grauissima poena Tantulum apud inferos siti & fame cruciari. Cicero Tusculano. §. Grauisima tamen hæc hominibus famis poena. Et ut scribit Homerus Od. 12. 5.

*πάντες δ' ἐπὶ εὐχρηστὶ δάναοι θεϊδοῖσι θετοῖσι,  
 λιμὸν δ' οὐκ ἔσαν δαίμων, καὶ πρὸς τριμυρὸν ὄπισσεν.*

Id est:  
*Omnes quidem tristes & iniusta mortes miseris hominibus,  
 Fame autem miserum mori, & fatum assequi.*

Et Ammianus Marcellinus libr. 17. hist. Rom. *Acortis ignauissimum est genus famo perire.* Et alibi dixit idem libr. 19. vltimum malorum omnium. Inter crudelitatis eximia Claudii Caligulae exempla, annumerat Suetonius Tranq. in Calig. ca. 26. quod nonnunquam præclusis hoireis famem populo indixit. Quid enim turpe non cogit famem, si ex eo releuari quis se arbitretur: nihil enim turpe, nihil ve ritum esturiens credit, sola cura est, ut qualicunque forte iuuetur, ut ait Valentinianus Cæsar, in Valentin. nouellis titu. 11. de parent. qui filii, distrahe. Ideoque & vendere filios eo casu licuit ingenuos. 12. eod. Legimusque in Cyri expeditione tantum valuisse famem, ut milites in quadam deserta terra indigentia pressi, commilitonum corpora in cibum verterent, Diad. Sic. libr. 17. Biblio. in anno 7. Alex. Et parum fuit in Samaria fame ingruente obfessa ciuitate a Benadab rege Syriæ, edi & vendi partem cabi stercoreis columbarum quinque argenteis, & caput asini octoginta: nisi & illud accessisset spectaculum horribilius, matres filios quoque deuorasse, 4. Reg. 6. Joseph. libr. 9. Antiq. c. 4. Et hæc fame seditiose factiones facile exsurgunt truculentæ: cum pauperes nihil habentes in diuites insurgunt, latrocinantur & prædantur ob inopiam. Hinc & pestis famissimæ iaciuntur fundamenta, dum corpus vetitis & abominandis vtens cibus, tabem secum concoquere cogitur: vnde virus in omnes partes effundatur Sed & vltimum miserius in famis morte, paulatim singulis diebus mori. Sic enim melius est occisis gladio, quam in interfectis fame: quoniam isti extabuerunt constanti ab sterilitate terræ, ut ait Hieremias Threnor. 4. §. Describit tamen famem imaginem his verbis Ouidius 8. Metamor.

*Questamq; famem lapidosi indit in agro,  
 Vnguisibus, & raris vellentem dentibus herbas.  
 Huius erat crinis, cuncta lumina, pallor in ore,*

